



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 179. Ejus loco Cubicularius comprehensus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

**Sæcul. XV.** mitibus stipatus, Mercatoris habitum in-  
**A C. 1409.** duit, ac solus equo vectus saluti suæ fu-  
 ga consulere tentat. Viarum custodes  
 prætervectum conspiciunt, sed non nisi  
 unicum hominem, ac forte ex negotio  
 itinerantem rati, ex insidiis prodire haud  
 operæ pretium esse duxerunt, sicque Gre-  
 gorio adeo liberam evadendi copiam  
 concessere, ut omni ulteriori discrimine  
 perfunctus, binas triremes jamjam ad se  
 excipiendum paratas incolmis atti-  
 gerit.

## §. CLXXIX.

*Loco Gregorii Cubicularius ejus  
 comprehensus.*

**P**aucis post diebus Paulus Gregorii Cu-  
 bicularius unacum alio Viro, qui Pa-  
 pæ a confessionibus erat, Pontificali  
 induitus ornatu insignem quemdam Præ-  
 latum mentitus, urbem egressus est, a  
 Ladislai milite Gregorii suppellectilem  
 comitante defensus. Excubiae illum  
 non aliud quam Gregorium existinan-  
 tes, laxis habenis erumpunt, cumque  
 cum omnibus suis sociis comprehendunt.  
 Attamen cum illi suum agnovissent er-  
 rorem, eisque Paulus personæ suæ con-  
 ditionem haud celasset, docens, Papam  
 duobus tantummodo famulis, iisque pe-  
 destri-

destribus stipatum, atque equo vectum s<sup>ecul.</sup> XV.  
eva<sup>l</sup>isse, illico fugientem Gregorium in- A.C. 409.  
secuti sunt, donec in locum quemdam  
Goritiensi Comiti subditum delati intel- Niem. l.3.  
lexissent, Papam, quem quærerent, con- c.45. & 49.  
duxisse cymbam, ac demum binas tri-  
remes ejus adventum in portu præsto-  
lantes jamjam conscendisse. Custodes  
pudore suffusi, ac se<sup>e</sup> delusos esse indi-  
gnati, omnem suam rabiem in Cubicula-  
rium effundunt, quem sexcentis convi-  
ciis obruentes, priusquam eum erga-  
stulo includerent, crebris fustibus exci-  
piunt, illum purpura, qua induebatur,  
exuunt, atque eorum unus Pontificales  
vestes, a Cubicularii corpore abstractas  
induit, hocque apparatu ornatus per  
Urbem Utinensem equo vectus Benedi-  
ctionem more Papali per ludibrium im-  
pertitur. Denique Gregorii supplex  
divenditur, ejusdem Curiales pessime  
habentur, & Cubicularius ad sagulam  
usque omni veste exsoliatur. Cum ve-  
ro Custodes corpus ejus iteratis tunden-  
tibus, eorum aliquis quidquam  
durius verberum impulsui obsistere anim-  
advertisens, miserum usque ad interio-  
rem tunicam denudat, & milites ex-  
cuso ejus sagalo quingentos aureos dex-  
tre insutos reperiunt, quos inter se divi-  
debant. Interim Gregorius feliciter A-  
prutium pervenit, & Ladislai patrocinio

**Q 2**      *tutus*

Sæcul. XV  
A C 1409

tutus Cajetæ sedem suam fixit, sola enim Apulia, & quædam Etruriæ, Liguriæ ac Æmiliae portio eum tanquam verum Pontificem venerabatur.

§. CLXXX.

*Bulla Alexandri V. in favorem Mendicantium.*

*Monach.  
S. Dionys.  
v. 29.*

*Niem. I. 3.  
6. 53.*

Interea temporis Alexander V., postquam Pisano Concilio finem imposuerat, identidem Pisis morabatur; cumque ipsus Ordinis FF. Minorum institutum professus esset, affectus ac specialis amoris sui testimonium Religiosis Mendicantibus relinquere cupiens, Bullam concessit, die duodecima Octobris datam, atque ad omnes Christiani Orbis Praelectos directam, in qua adductis Bonifacii VIII & Clementis V. diplomatibus in favorem Dominicanorum, & Fratrum Minorum editis declarat, quod sacra Se des Apostolica horum privilegia cum extensione ad Eremitarum S. Augustini, & Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo Ordinum fratres rata haberet; postea recenset condemnationem a Ioanne XXII fulminatam adversus assertiōnem cuiusdam, nomine Joannis de Polia co unacum ejusdem retractatione. Tandem Decreta Bonifacii VII, & Joannis